



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Bernardus Abbas, n. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Illi incredibili lætitiæ affecti Dei Genitricem patronam totius Carthusiani instituti sibi delegerunt, una cum S. Iohanne Baptista: hominem verò, qui illis apparuerat S. Petrum Apostolum fuisse existimaverunt. hæc ex vita S. Brunonis apud Surinmense mense Octobri.

Surinm.

S. EDMUNDVS CANTVARIENSIS

Archiepiscopus.

S. Edmundi Cantuariensis Episcopi erga Deiparæ deuotio

Sed mundus Cantuariensis Archiepiscopus, adolefcentis Dei Genitrici se commendans, coram eius imagine castitatis votum nuncupauit, eamque sibi in sponsam delegit, atque annulum, in quo inscripta erat saluatio Angelica, digito eius infixit: quo ex tempore in suis necessitatibus præsentissimam in ea expertus est opem. quin etiam annulo suo, cum quo post obitum, ut solent Pontifices, est sepultus insculpta fuit saluatio Angelica. In Prato quodam Oxoniæ cum se à sodalibus subduxisset, ne conscientie puritatem nugis puerilibus, vel ociosis sermonibus contaminaret, pueri

Pueri Iesu colloquio perfruitur

à S. Io. Euang. angelista monetur ne assuetas erga Deiparam preces omittat.

Jesu visione, ac colloquio est perfruitus, ex quo tempore in ejus passione meditando diu, nocteque versabatur: quotidie deuotè, ac reuerenter in honorem Deiparæ, & S. Ioan. Euang. precem quandam, cujus initium est, O Intermerata, &c. recitabat cumque propter studiorum occupationem aliquando illius dicendæ oblitus esset, proxima nocte à S. Iohanne, qui ferula lectum immanem ei prius minitari videbatur, mox blande admonetur, ne unquam precationem illam omitteret. Is cum artium magister publicè eas disciplinas profiteretur, Missæ factum audire, & preces canonicas quotidie recitare solebat; discipuli que suis persuasit, ut cum eo missæ sacrificio interessent. in Paræcia, in qua degebat, sacellum in Deiparæ honorem, quam singulari amore colebat, construendum curauit; cumque sacræ Theologiæ operam daret, beatissimæ Virginis imaginem eburneam coram se habebat, in cuius circuitu depictum erat nostræ redemptionis mysterium, ut cum lectione preces ad Deiparam conjungeret: Sacerdotio initiatus quotidie cum honoris canonicis horas sancti Spiritus, & Deiparæ persoluebat; quibus officium defunctorum adjuungere consueuit. tandem Cantuariensis Episcopus à Gregor. IX. inuitus creatur, in quo multa molesta à Rege, & Regni Proceribus pro ecclesiastica libertate

tuenda perpeffus, demum miraculis clarus excessit à vita, die 16. Nouembr. anno salutis 1240.

S. BERNARDVS.

Sanctus Bernardus ex Deiparæ uberibus, ejus singulari amoris significatione, sacratissimum lac fluxisse dicitur, unde miram illam haussisse creditur, quam in omnibus à se editis libris, sed in ijs præsertim, in quibus de virgine sanctissima loquitur, manat cum pietate dulcedinem; cujus melliflua dicta crebro in hoc opere allegauimus. Is eximiam, quam erga Virginem gerebat pietatem, in suis scriptis abunde omnibus testatam reliquit, alijque eandem pietatem vehementer commendat. In sermone enim de Aquæductu: *Filioli hæc, inquit, peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ.* Nec pro se solum Bernardus, sed & pro alijs Deiparam inuocare solitos erat, ut videre est in sermone. 2. Domit. post Epiphani. *Quoties mihi, necesse est fratres, post lacrymosas querimonias vestras, exorare matrem misericordiam, ut suggerat suo benignissimo filio, quoniam vinum non habeo: & ipsa, dico vobis charissimi, si præ à nobis pulsata fuerit non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & mater misericordia.* Ad hanc pietatem suos sæpè ita hortatur in hom. 2. *uper missus est: In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca: Non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum.* & sermone citato de Aquæductu in Natuiuit. Virg. *Totus medullis cordium, totis iracundiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. & in fine ejusdem sermonis: Quicquid illud est, quod offerre parat, Maria commendare memento, ut eodem aluo ad largitorem gratia gratia redeat, quo influxit.* Hæc pauca de multis, quæ Bernardus hac de re plene ore pronuntiare solet, nec mirum, cum in multis Deiparæ benignitatem in se expertus fuerit. Illud non prætermittam, quod Willelmus Abbas S. Theodoric. B. Bernardo admodum familiaris in vita ejusdem, (quam eo viuente scribere cœpit) lib. 1. cap. 12. narrat his ferè verbis: *Cum aliquando Bernardus agrotaret ad mortem, & magnè dolo-*

S. Bernardus erga Virginem pietate singulari.

S. D. eius Virg. sing. pietate acc. Surin. Chr. Don. Salu. nem. lic. rec. Hof. ant.

S. Bernardus à B. Virgine sancti refiguratur. Vita S. Bernardi.

doloribus vehementius urgeretur, misit unum ex fratribus adorandum ad iria, qua in Templo erant altaria, quorum unum in honorem erat Dei Genitricis, alterum S. Laurentij, tertium S. Benedicti. Eadem hora adfuit viro Dei, praedicta B. Virgo duobus istis stipata ministris, beato scilicet Laurentio, & B. Benedicto, aderant autem in ea suauitate, & serenitate, qua eos decebant, & tam manifeste, ut ex ipso introitu cellula personas discerneret singulorum, imponensq; ei manus, & loca doloris, tactu p[er]fissimo lenientes, omnem primum agritudinem depulerunt, sicca- sus est enim illico p[er]legmaticus riuus, & dolor omnis abcessit. sic ille.

S. DOMINICVS ORDINIS PRÆ-
dicatorum institutor, eiusdemque Ordinis in
Virginem pietas, & Rosarij
instituto.

3. Domini
eius erga
Virginem
singularem
pietate
accensio,
Sursum.
Chron. S.
Dominici
Salutatio-
nem Ange-
licis crebro
recitabas
Rosarium
instituit.

Sanctus Dominicus cultor fuit Deiparæ religiosissimus, ut videre est in eius vita p[er] se, ac grauius conscripta, quæ habetur apud Surium tom. 4. & in 1. part. Chron. 5. Dominici lib. 1. cap. 11. vnde quæ hic commemoramus accepta sunt; enim in sanctissima Virgine secundum Deum omnem suam spem collocauerat, eidenq; se iugiter commendabat, atque ab ea vicissim multa, ea quæ singularia beneficia est consecutus. nihil verò nisi sub Virginis p[ro]sidio aggredi solitus erat; salutatione angelica ad eam delectabatur, ut eam fere temp[er] in ore haberet, idque alijs omnibus, quibus eum verlabatur, consuleret. In honorem quoque eiusdem Virginis instituit eam precandi formulam, quæ quidem salutationum angelicarum decadibus constat, p[re]missa ad singulas decadas oratione dominica, in quibus p[re]cipua vitæ, mortis & gloriæ Christi Domini, eiusque genitricis mysteria recoluntur: quod Pfalterium, propter patrem angelicarum salutationum cum Psalmis Dauidicis numerum; & Rosarium propter spiritalem suauitatem Deo, ac Deiparæ gratissimam appellant, atque ad illud recitandum per se, & per suos in concionibus omnes hortabatur. Cuius Rosarij in Christiana republica, ubi quæ gentium cum ingenti animarum fructu ministrum est propagata pietas; hoc armorum spiritualium genere S. Dominicus catholicos homines contra spirituales nequicias, & p[re]sertim contra Albigenes hæreticos

armabat; in quibus ad fidem reuocandis magno cum suo labore, eximia eiusdem eluxit charitas.

7 Romæ deinde cum apud Innocent. III. Ordinis sui confirmationem urgeret, visus est fibi vna cum S. Francisco à Deipara Christo offerri, ac destinari ad verbum Dei annuncian- dum, & peccatores conuertendos; quod per se, & per iui ordinis fratres strenuè efficere vterque studuit. Hinc est, quòd auctor eius vitæ lib. 6. cap. 6. Ordinem Prædicatorum vocat Florigerum Hortum manu Virginis plantatum, quem propter Virginis petrociniū tanta puritate enituisse scribit; vt, quodam egregio fratre referente, compertum sit eum ipsum intra breue tempus centum fratrum generales audiuisse confessiones, qui integra mente, & corpore inuoluto virginitatem conseruassent. Ex quo facile de aliorum puritate, & castimonia Virginis ope seruata conijci potest. Idem etiam lib. 2. vitæ S. Dominici cap. 12. à Virgine habitum, quo Ordo prædicatorum vitur, illis tributum scribit, cum prius Canonicorum Regulatum vestibus uterentur. & cap. 13. narrat S. Dominicum vidisse aliquando sui Ordinis fratrum innumeram multitudinem sub Virginis sanctissimæ (cui Christus ordinem eius se commisisse dicebat) pallio tantæ amplitudinis, vt totam celestem Ierusalem suauiter circumplecti videretur, ubi singularis cuiusdam protectionis cura, & peculiaris amoris brachijs Virgo sanctissimo illos circumplectebatur. Hoc ipsum teste eodem auctore lib. 6. ca. 6. vidit mulier quædam in Gallia Cisalpina, seu Longobardia, vt cap. 20. plenius diximus, quod cum ipsa istidem fratribus recitasset, ex ea die, inquit auctor vitæ S. Dominici loc. cit. tanta extitit Fratrum omnium erga Virginem matrem deuotio, & reuerentia, tantum eius laudandæ, & colendæ studium; tam sedulæ, ac feruentis ad eam preces tam ingens amor, tanta eius patrocinij fiducia, tam auida, & insatiabilis eius contemplatio, vt humano sermone non possit explicari. Proinde habebant in cellulis suis imagines Virginis filium gestantis in vlnis, itemque Saluatoris à cruce pendens, quarum intuitu memoria dormitans excitaretur, sensusq; extensor in vana res propensum spiritum robore confirmarentur. hæc ille. Id ipsum confirmat S. Antonin. 3. part. hist. tit. 23. c. 10. qui addidit tam fuisse fratrum Ord. Prædicatorum erga Virginem deuotionem, vt post Matutinas, & Completo-

B. Virgo S.
Dominicum, & S.
Franciscum
ad Orbem
conuertendos
mittit.
Vita S. Domini.
Ordo
Prædicato-
rum erga
Deiparam
singularem
pietate
accensio.

Imagines
Deiparæ
in cellis